

Cap. LIII. Rubrica quod habentes salinas in districtu salem ipsarum sallinarum conducere debeant in civitatem Tergesti. R.ca.

Ordinamus quod omnes, qui laborant vel laborare fatiunt 5
 aliquas salinas in districtu Tergesti, conducere debeant et teneantur seu conduci facere totum salem quod ex ipsis salinis habebunt, nec ipsum salem in parva vel magna quantitate extra civitatem Tergesti vendere vel vendi facere nisi in ipsa civitate, et hoc sub pena decem libr. par. pro qualibet persona 10
 contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Et quod quelibet persona habens salinas [in] districtu Tergesti ipsas salinas modo aliquo audeat nec presumat (ipsas salinas) vendere vel alienare sive obligare alicui forensi, sub pena dupli valoris dictarum salinarum in comuni componenda; et nichilominus talis venditio obligatio vel alienatio taliter facta sit 15
 cassa et vana et ¹⁾ nullius valoris. ¶ Et quod quilibet habens vel laborans salinas modo aliquo non sit ausus nec presumat dare aliquam quantitatem salis alicui persone, nec vendere de ipso sale sine licentia daci[ari]orum et dominorum salinarum, 20
 nec ipsum sal remove de super fundamento dictarum salinarum. 271 A ¶ Et singulis quindecim // diebus in fine ipsorum quindecim dierum conducere debeat ipsum sal in Tergestum, nec ipsum sal sic conductum descarigare nec facere descarigari sine licentia daciarii sexterii vel eius nuntii, aut [nisi] cum eo 25
 fuerit in corcordia, sub pena quinquaginta libr. par. pro qualibet persona contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Et acusator habeat medietatem condemnationis, probante accusam predictam per ipsum factam.

¹⁾ Aggiunta sul rigo.